

ben gestrafft werden. Rectissime. Nisi enim † tam seve- 16
 re cohiberentur militaria ingenia, nulla esset reverentia,
 obsequium nullum, timor nullus. Neve timorem † in 17
 milite exulare debere dicat quispiam: Miles Ducem qui
 metuit, hostem non timet, Romanorum veri verbum est.
Vid. Val. M. l. 2. c. 2. Noverit tamen † prudens Imperator 18
 vel Dux parce uti vi legibus concessa (*conf. l. 12. §. 2. ff. h.*) ne
 quem metuunt, oderint. Non timorem solum, sed & a-
 morem sibi colligat; parentis enim loco Imperator militi
 est, de quo *vid. Job. Grut. in Floril. Eth. part. 2. p. 346. Scip. Du-*
plex. Tr. de duello. Sicur de Courboisfor liv. de la milice Fran-
coise chap 1. Et alios apud Petr. Pappum d. l. ad art. 77. Des Hol-
land. Kriegs-Recht. p. m. 196. Sed redeamus ad naturalem
 vitis usum.

PALMES II.

Vitis frugiferæ varias † enumerant species rei rusticæ I
 scriptores, & Georgicorum commentatores, vel ra-
 tione qualitatis, vel loci, vel alio modo inter se distinctas;
 ut Mersites, Faventina tricenaria, quod tricenas amphoras
 reddat jugerum; cathartica; theriana, quæ πάλια τὰν
 θνητῶν διγυαῖα persanat &c. Quo pacto hæ fiant ex Pal-
 lad. l. 3. docet Cæl. Rhod. lib. 6. cap. 16. Præcoques & duraci-
 næ; Bumasti, dactyli; Stephanitæ, tripedaneæ, unciariæ,
 cydoniæ, veniculæ, & plures aliæ, de quibus late Colum.
 d. lib. 3. Mirificum † plane, & portento simile est, quod nar- 2
 rat. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 9. in pr. in citeriore Germania
 intra Danubium vites aurum proferre, foliis & claviculis
 ex puro auro superbire, non ubique quidem, sed modo
 hic, modo alibi, fortuito eventu & prout naturæ libitum
 C 3 est;